

a 1524 ad 1533 = 257 d. 195

Petrus Tomicki, Joanni Choienski archidiacono Cracoviensi secretario regio.

221

Venerabilis domine frater in Christo charissime. Rogati a domino Nicolao Glinshii consule Cracoviensi, scripsimus ad regiam maiestatem literas, ut cause eius iudicium, ob quam ad maiestatem suam provocavit, vel differre ad felicem suum huc adventum, vel sub absentia sua visis iuris Magdeburgensis peritis iudicandum hic committere dignaretur. Quare vos rogamus ut hanc eius postulationem maiestati regie quantum licet commendatis, et alterum horum que ille petit impetrare curetis. Facietis nobis rem gratam, et domino Glinshii summe utilem et necessariam. Bene valete. Datum in Bolechowice die 29. Junij

vestram devotum, ad felicem suum in Poloniam adventum differre, vel si citius id licet, visis in iure Magdeburgensi peritis hic iudicandum committere dignetur. Quod ille una mecum perpetua servitute maiestati vestre serenissime bene mereri curabil. Commendo me meum et humilem servitatem meam maiestati vestre serenissime, quam felicissimam esse, et in multos annos non cessans conungi me et libere incolumem obsequanter desidero. Datum

1724
[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page]